





9006

1773, 22.

QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI

AN

RVSTICVS, QVI POSSIDET

FVNDVM LIBERVM

OBLIGETVR AD OPERAS AEDILITIAS

SEV Bau-Frohnen

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISEVGENS.

SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XXIV. MAII ANNO MDCCCLXXIII.

DEFENDET

CAROLVS ABRAHAMVS KRVG

KOTTMARSDORF - LVSAT.

---

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



IN NOMINE DOMINI AMEN  
HABEAT VIRTUS  
D. CAROLUS HENR. BAYNE  
IN AVDITORIO PETRI  
GABRIEL ARABIANVS RVS  
OFFICIA





AN  
RVSTICVS QVI POSSIDET  
FVNDVM LIBERV M  
OBLIGETVR AD OPERAS AEDILITIAS  
SEV Bau = Frohnen.

§. I.



Quamvis negari nequit, rusticum ad operas praestandas obligari, ut semper in hac obligatione praesumptio contra rusticum ad eas praestandas facienda, quod egregie docuit ESTOR *diss. de praesumptione contra rusticos in caus. operar*; tamen, an ex personae obligatione praestari debeant, accuratiori ratione ponderandum. Operae enim, quas homines proprii praestant, ex nexu personae praestari, nemo, qui proprietatis hominum germanicae aliquam notionem habet, negabit. Contra operas rusticorum ex personae nexu exigi amplius non posse, obinde dubium videri nequit, quod ille proprietatis nexus in rustico omnimodo cesserit. Liber homo rusticus est, et propter hanc libertatem ad servitia obligatus esse nequit ex sua persona. At imperfecte liber est, ut recte docet BOEHMERVS *diss. de imperfecta libertat. rustic.* Cum ergo ex personae qualitate imperfectio libertatis esse nequeat; absque dubio causa illius defectus libertatis vnicuique quaerenda est in praedio, ex cuius possessione obligatur rusticus non tantum ad operas, sed adeo contra eundem praesumptio facienda sit. Sicuti



vero intuitu fundi quem rusticus possidet operas praestat, ita etiam facile patet, nec eas personae proprie praestari, sed praedio praecipue dominico, quod ex operis aediliciis s. *Baufrohnen* patet, quae secundum ORD. PROV. SAX. ELECT. d. A 1555. Tit. *von Baufohren, domino hereditario*, qui fundum scilicet dominicum possidet, non vero domino iurisdictionis praestantur. Ita sane in regula. Per exceptionem interdum et debentur operas iurisdictionis domino RICCIVS in *Spicileg. Iur. German. ad Engauii Elem. I. G. p. 145.* monuit et probavit STRUBEN *de Iur. Villicar. p. 196. et 217. sq.*

§. II.

Quare sequitur, quoties rusticus se immunem iacitat a praestatione operarum, debere probare suam exemptionem seu libertatem non personae, sed fundo maxime tributam. Cedo quidem, contingere posse, ut rustico cuidam hereditarius dominus operas remittat, vel quousque viuat rusticus, vel quousque viuat hereditarius dominus, quae remissio mere personalis praedium nunquam adficeret, cum facultas exigendi operas hac remissione non tollatur, sed tantum suspendatur. Neque de ea immunitatis specie quaestio est, quippe ea ex pacto facile apparet. At de ea immunitate dicimus, quae praedio rustico data est, ut illius possessor ad operas praestandas cogi nequeat. Probare ergo debet rusticus hanc immunitatem se esse consecutum vel praescriptione, quod nullus praedii possessor intra legitimum praescriptionis tempus operas, quamvis exigerentur, praestiterit, vel pacto, si dominus iusta conventionione fundo rustico onus praestandarum operarum remiserit. Dicuntur eiusmodi fundi *Freyhöffe*, quarum quidem possessores subditi manent, sed seruilis ille nexus, qui adhuc praedio inhaeserat, ex omni parte cessat. Si itaque probare possit homo proprius, hanc operarum praestandarum remissionem factam legitime,  
nulla



nulla operarum exactio domino hereditario amplius permit-  
tenda videtur.

§. III.

Enim vero duplices solent esse operae, vel ordinariae, vel  
extraordinariae, quarum hae interdum tantum et certis occa-  
sionibus exiguntur, illae contra semper sueto ordine definito-  
que tempore praestantur. Ad extraordinaria refero *operas excu-  
biarum* seu *die Wachfrohnen*, quae non omni tempore, sed  
quoties periculum imminens suadet, exigi possunt, quod con-  
iici potest ex CONSTIT. ELECT. LL. P. II. Quare depulso  
periculo amplius dein exigi non possunt, nisi forsan con-  
ventio existat inter dominum et rusticum, vi cuius rusticus ex  
possessione fundi se obligauerit ad excubias agendas, quoties  
domino necesse videretur, tunc pacto standum esset: neque ta-  
men citra iustam causam a domino exigenda, et si lis obinde  
oriatur, utique causam necessitatis simul cum pacto dominus  
probare deberet. Alia species extraordinariarum operarum  
erit quaerenda in *operis aedilitiis* seu *Baufrohnen*. Sicuti nec  
omni tempore exigi possunt, sed quoties fundi dominici ex-  
structio et refectio fit, ita, nec cuius fundo dominico praestari  
debent, sed ei, cui fundus rusticus nexus est. Quapropter  
in DECIS. ELECT. XXXIII. dispositum: *has operas praestan-  
das nur bloß zu denen Wohngebäuden der Ritter Sitze, und was  
auf des Ritter sitzes Grund und Boden stehet, nicht aber zu For-  
wergen, Hoff-Renthen und andern Gebäuden, welche auf des Rit-  
ter und Lehn-Guths Grund und Boden nicht gelegen noch dazü ge-  
hörig seyn.* Extraordinarium quid in his operis adhuc illud  
est in Saxonia, quod controuersias de iis, quae ex pa-  
ctis decidi nequeunt et quae ipsam operarum determinationem  
concernunt, quaeque sub his operis intelligenda, sibi decidenda  
reseruauerit Elector, quod patet ex RESCRIPT. Elect. Ioh.  
Georg. II. d. A. 1661. d. 27. Noubr.



## §. IV.

Quodsi ergo fundus rusticus libertatem ab operis obtinuerit conuentione vel praescriptione, an nihilominus exigere possit dominus *die Baufröhen*, quaeritur. Dubitatur, et causa dubitationis maxime in hoc quaeritur, quod non accenseri queant ordinariis operis, sed quod ad extraordinarias operas referri debeant. At, si accurate hanc causam perpendo, vehementer dubito, an recte decisio ex hac differentia petatur. Ante omnia pactum liberationis inspiciendum videtur. Inutilis esset controuersia, si in liberatione ab operis concessa mentio operarum ordinariarum tantum facta fuisset. Neque enim ultra conuentionem extendenda videtur illa remissio. At si ab omnibus operis praestandis fundus immunis declaratus ab eo, qui concedendi per pactum immunitatem habet, putarem genus suas comprehendere species. Omnium vero operarum species sunt vel ordinariae, vel extraordinariae, ergo utraeque remissae censendae sunt.

## §. V.

Cum vero in rusticis fundis omnium operarum adeoque et aedilitiarum causa quaerenda, seu, quod idem est, onus sint fundi rustici, cuius praestatio fundo dominico debetur, sequitur necessario, si libertas fundo cuidam datus, omnia illa ex seruitute antiqua adhuc superstita onera, inter quae etiam aedilitiae operae referendae, remissa videntur. Recte quidem, cum nullus fundus rusticus immunis praesumatur, pro fundo dominico primum formatur praesumptio, probatio tamen concessae immunitatis semper admittenda. Accuratissime distinguit inedita in Saxonia *CONSTIT. XXXIII.* cuius argumentum adiiciamus: *Die Baufröhen können nicht also moderiret werden, das sie eines Theils dem, so die Obergerichte hat, und eines Theils dem, welcher die Erb-Gerichte hätte, sollen geleistet werden, nicht allein der Ursachen wegen, das die arme Leute zur Unbilligkeit*

keit





keit beschweret, sondern auch die operae und Dienste sua natura individuae sind und in partes nicht können getheilet werden. Welchen Theil aber in obgedachten Fall die Dienste der Bausuhren sollen alleine gehören, ist anfänglich vorerst auf das possessorium zu sehen, da sich die Partheyen auf dasselbe beruffen thäten, und denn derjenige darinne vorzuziehen, der den ältesten und besten Brauch zu beweisen, jedoch ist den Gegentheile frey, denselben folgendts mit ordentl. Rechte solches Gebrauchs zu entsetzen. Wenn aber die Sache allein in petitorio gehandelt wird, so halten sich die Schöppenstühle nach der Lands Ordnung, das die Bausuhre dem Erbherrn alleine soll geleistet werden, und nicht den Gerichtsherren, er habe die Ober oder Unter Gerichte, und halten dem vor den Erbherrn, von dem die Leute ihre Güter in die Lehn nehmen müssen, die andern aber, sie seyn gleich Besitzer derer Ober und Nieder Gerichte, sind doch nicht Erb, sondern Gerichts Herren. Da nun in einem Dorffe viel Lehn oder Erbherren sind, so soll die Bausuhre einen ieden von seinen Leuten, die von ihm die Lehn haben, geleistet werden, das also die Gerichtsherren vermöge der Landes Ordnung sich der Bau-Fuhren nicht anzumassen, denn sie haben radicem recti dominii nicht an und auf den Güthern, gleich wie die Erbherren, so die Verlehnung haben. Adscribit haec Constitutio fundis ipsis praestationem harum operarum, quare, si probauerint ii, qui fundos possident, eos in genere liberatos, nullas ab iis exigi posse operas aedilitias manifestum est, quippe fundi dominici intuitu renunciauit hereditarius dominus nexui subiectionis, ex qua operae exiguntur.

§. VI.

At quid? si dominus hereditarius fundum liberasset, ex longa vero temporis possessione iurisdictionis dominus ius haberet operas aedilitias exigendi, an et se concessa immunitate possessor fundi rustici liberi tueri posset ab operarum illarum praestatione, quaeritur. In hac sane specie ipsum, qui fundum libe-



liberum possidet, nunquam immunem pronunciarem ab operis. Causa facillima est. Quomodo enim fieri poterit, ut iniuria domino iurisdictionis inferatur per pactum cum domino hereditario. Equidem suo iure recte renunciare potest dominus hereditarius, et propterea eae operae, quas ipse a fundo liberato antea exigere poterat, remissae censendae. Si vero iurisdictionis domino debeantur *die Bauführen*, non vero hereditario, quippe qui sine dubio illud ius amisit, nunquam eas remittere poruit, cum nullam earum exactionem habuerat. Praestet ergo possessor fundi liberi *die Baufrohnen* domino iurisdictionis, licet a reliquis operis praestandis immunitatem recte obtinuerit.

§. VII.

Quare itaque si ex pacto fundus libertatem consecutus, ex eius natura est diiudicanda. Et cum operae ex fundo debeantur, nisi reservatae quaedam operae, amplius exigi nequeunt, licet sint extraordinariae. Secus vero in ea libertate, quam praescriptione possessor fundi rustici obtinuit. Ea tunc immunitas, quae per praescriptionem ab operis ordinariis fundo rustico accessit, cum strictissime, quae in alterius odium et poenam statuuntur, quale quid in praescriptione obuenit, interpretanda sint, immunitatem operarum extraordinariarum comprehendere nequit. Neque solus temporis lapsus, licet intra XXXI annis nullae operae praestitae, quidquam efficiet, sed in hanc rem recte applicanda *DECIS. de An. 1746. V.* Sic enim statuit Sereniss. Elector. *Daferne sich zu drey unterschiedenen, oder zu mehreren mahlen, Gelegenheit, sich solche Dienste leisten zu lassen, erignet, und selbige gleichwohl nicht exigiret, sondern der Dienst durch andre Personen verrichtet, auch dabey das Befugniss durch eine gerichtliche Protestation, nicht vorbehalten worden, können die Untertanen oder Dienstleute nachgehends, wenn von dem ersten Actu an, da solche Dienstleistung unterblieben, die in Rechten vorgeschriebene Zeit verlossen, sich mit der Praescription dagegen schützen.*

ULB Halle  
004 758 501

3



*56*





9006

1773, 22.

QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI

AN

RVSTICVS, QVI POSSIDET  
FVNDVM LIBERVV  
OBLIGETVR AD OPERAS AEDILITIAS  
SEV Bau-Frohnen

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA  
PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.  
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBVRGENS.

SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO  
DIE XXIV. MAII ANNO MDCCCLXXIII.

DEFENDET

CAROLVS ABRAHAMVS KRVG

KOTTMARSDORF - LVSAT.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

